

Přílohy

Příloha č. I

In nomine Domini (1059) papež Mikuláš II.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, ab anno incarnatione eius MLIX, mense Aprili inductione XII, praepositis sacrosanctis Evangelii, praesidente quoque reverendissimo ac beatissimo Nicolao apostolico papa, in Basilica Lateranensi patriarchi, quae cognominatur Constantiniana, consentibus etiam reverendissimis archiepiscopis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus presbyteris atque diaconibus, idem Venerabilis Pontifex, auctoritate apostilica decernens, de electione Summi Pontificis inquit:

Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto piae memoriae domino Stephano decessore nostro [Stephanus IX, 1057-1058], haec apostolica sedes, cui auctoritate deo deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniace haeresis trapezitas malleis crebrisque tunzionibus subiacuerit, adeo ut columna dei viventis iamiam paene videretur nutare et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus auxiliante Deo futuris casibus prodenter occurrere et ecclesiastico statui, ne rediviva—quod absit!—mala praevaleant, in posterum praevidere. Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernuimus atque statuimus:

§1, ut, obeunte huius Romanae Universalis Ecclesiae pontifice, in primis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum novae electionis accedant.

§2, ut—nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione surripiat—religiosi viri praeeduces sint in promovendi pontificis electione, reliqui autem aequaces.

Et certe rectus atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, etiam illa beati praedecessoris Leonis sententia recolatur, "nulla," inquit, "ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a pleibus expetiti, nec a comprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati." Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur ecclesiis atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehunt.

§3, Eligant autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur.

§4, Salvo debito honore et reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in praesentiarum Rex habetur et futurus Imperator deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus et successoribus illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint.

§5, Quodsi pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura simncera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, cardinales episcopi cum

religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolicae sedis pontificem, ubi gongruentius iudicaverint.

§6. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem obtineat regendi sanctam Romanam ecclesiam et disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante consecrationem suam fecisse cognoscimus.

Quodsi quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel praesumptionem aut quodlibet ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, sequacibus a limjinibus sanctae Dei ecclesiae separatus subiiciatur, sicut Antichristus et invasor atque destructor totius christianitatis; nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunque prius fuerat, sine retractatione deponatur. Cui quisquis adhaeserit vel qualemcumque tanquam pontifici reverentiam exhibuerit aut in aliquo illum defendere praesumpserit, pari sententia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostrae decretalis sententiae temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur et cum impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur. Omnipotentis scilicet Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti contra se iram sentiam et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit confundere ecclesiam, in hac vita et in futura furorem reperiat. Fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Commotus amoveatur ipse atque filii eius et mendicent et eiificant de habitationibus suis. Scrutetur foenerator omnem substantiam eius, et diripient alient labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti Dei Omnipotentis gratia protegat, et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

Ego Nicolaus episcopus sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae huic decreto a nobis promulgato, sicut superius legitur, subscrispi.

Bonifacius dei gratia Albanensis episcopus subscrispi.
Humbertus sanctae ecclesiae Silvae Candidae episcopus subscrispi.
Petrus Ostiensis ecclesiae episcopus subscrispi.
Et caeteri episcopi numero LXXVI cum presbyteris et diaconibus subscipserunt.

(jedná se o tzv. římskou, tj. papežskou, verzi dokumentu)

Licet de vitanda discordia (1179) papež Alexander III.

Licet de vitanda discordia in electione Romani Pontificis manifesta satis a praedecessoribus nostris constituta manaverint, quia tamen saepe post illa per improbae ambitionis audaciam gravem passa est ecclesia scissuram: nos etiam ad malum hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum et sacri approbatione concilii aliquid decrevimus adiungendum. §. 1. Statuimus ergo, ut, si forte, inimico homine superseminante zizaniam, inter cardinales de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, et duabus partibus concordantibus pars tertia concordare noluerit, aut sibi aliud praesumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus concordantibus electus fuerit et receptus. §. 2. Si quis autem de tertiae partis nominatione confisus, quia de ratione esse non potest, sibi nomen episcopi usurpaverit, tam ipse, quam ii, qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, et totius sacri ordinis privatione mulcentur ita, ut viatici etiam eis, nisi tantum in ultimis, communio denegetur, et si non resipuerint, cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipient portionem. §. 3. Praeterea si a paucioribus quam a duabus partibus aliquis electus fuerit ad apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, et predictae poenae subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus et aliis ecclesiis praeiudicium generetur, in quibus debet maioris et senioris partis sententia praevalere, quia quod in eis dubium venerit superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana vero ecclesia speciale aliquid constituitur, quia non poterit ad superiorem recursus haberi.

Ubi periculum (1274) papež Řehoř X.

Ubi periculum maius intenditur ibi procul dubio est plenius consulendum.

Quam gravibus autem sit onusta dispendiis quot et quantis sit plena periculis ecclesiae Romanae prolixa vacatio exacti temporis consideratio edocet et considerata prudenter illius discrimina manifestant.

Hinc nos evidens evocat ratio ut dum reformandis etiam minoribus nostra sollerter vacet intentio ea quae periculosiora sunt nequaquam absque remedio reformationis accomode relinquamus.

Ideo que omnia quae pro vitanda discordia in electione Romani pontificis a nostris sunt praedecessoribus et praecipue a felicis recordationis Alexandro papa tertio salubriter instituta omnino immota in sua firmitate manere censes nihil enim illis detrahere intendimus sed quod experientia deesse probavit praesenti constitutione supplere.

Sacro concilio approbante statuimus ut si eumdem pontificem in civitate in qua cum sua curia residebat diem claudere contingat extremum cardinales qui fuerint in civitate ipsa praesentes absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur.

Quibus elapsis sive absentes venerint sive non extunc omnes convenient in palatio in quo idem pontifex habitabat contenti singuli singulis tantummodo servientibus clericis vel laicis prout duxerint eligendum.

Illis tamen quibus patens necessitas id suggerit indulgeri duos habere permittimus eiusdem electionis arbitrio reservato.

In eodem autem palatio unum conclave nullo intermedio pariete seu alio velamine omnes habitent in communi quod servato libero ad secretam cameram aditu ita claudatur undique ut nullus illud intrare valeat vel exire nulli ad eosdem cardinales aditus pateat vel facultas secrete loquendi cum eis nec ipsi aliquos ad se venientes admittant nisi eos qui de voluntate omnium cardinalium inibi praesentium pro iis tantum quae ad electionis instantis negotium pertinent vocarentur.

Nulli etiam fas sit ipsis cardinalibus vel eorum alicui nuntium mittere vel scripturam.

Qui vero contra fecerit scripturam mittendo vel nuntium aut cum aliquo ipsorum secreto loquendo ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

In conclavi tamen praedicto aliqua fenestra competens dimittatur per quam eisdem cardinalibus ad victimum necessaria commode ministrentur sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus.

Verum si quod absit infra tres dies postquam ut praedicitur conclave praedictum iidem cardinales intraverint non fuerit ipsi ecclesiae de pastore provisum per

spatium quinque dierum immediate sequentium singulis diebus tam in prandio quam in cena uno solo ferculo sint contenti.

Quibus provisione non facta decursis extunc tantummodo panis vinum et aqua ministrentur eisdem donec eadem provisio subsequatur.

Provisionis quoque huiusmodi pendente negotio dicti cardinales nihil de camera papae recipient nec de aliis eidem ecclesiae tempore vacationis obvenientibus undecunque sed ea omnia ipsa vacatione durante sub eius cuius fidei et diligentiae camera eadem est commissa custodia maneant per eum dispositioni futuri pontificis reservanda.

Qui autem aliquid receperint teneantur extunc a perceptione quorumlibet redditum ad ipsos spectantium abstinere donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant.

Idem quoque cardinales accelerandae provisioni sic vacent attentius quod se nequaquam de alio negotio intromittant nisi forsan necessitas adeo urgens incideret quod eos oporteret de terra ipsius ecclesiae defendenda vel eius parte aliqua providere vel nisi aliquod tam grande tam evidens periculum imminaret quod omnibus et singulis cardinalibus praesentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum.

Sane si aliquis de praedictis cardinalibus conclave praedictum ut supra exprimitur non intraverit aut intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit ipso minime requisito nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo per alios ad eligendum substituendum pontificem libere procedatur.

Si vero infirmitate superveniente idem conclave aliquem ex eis exire contingat ipsa etiam infirmitate durante poterit eius suffragio non requisito procedi.

Sed si ad alios post sanitatem sibi redditam seu antea redire voluerit vel etiam si alii absentes quos per decem dies diximus expectandos supervenerint re integra videlicet antequam eidem ecclesiae sit de pastore provisum in eodem negotio in illo statu in quo ipsum invenerint admittantur praemissa tam de clausura quam de servientibus cibo ac potu et reliquis cum aliis servaturi.

Porro si quando Romanum pontificem extra civitatem praedictam in qua erat cum sua curia residens contigerit ab hac luce migrare teneantur cardinales in civitate in cuius territorio seu districtu idem pontifex obiit convenire nisi sit forsitan interdicta vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat.

Quo casu in alia viciniori convenientia quea similiter nec interdicto subiaceat nec sit ut praedicitur aperte rebellis.

In hac etiam civitate tam quoad exspectationem absentium quam quoad habitationem communem clausuram et cetera omnia in domo episcopali vel alia qualibet eisdem cardinalibus deputanda eadem observentur quea superius obeunte dicto pontifice in ea in qua cum sua residebat curia sunt expressa.

Praeterea quia parum est iura condere nisi sit qui eadem tueatur adicioendo sancimus ut dominus alii que rectores et officiales civitatis illius in qua Romani pontificis celebranda fuerit electio auctoritate nostra et eiusdem approbatione concilii potestate sibi tradita praemissa omnia et singula plene ac inviolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciant observari nec cardinales ultra quam praemittitur artare praesumant.

Super iis autem taliter observandis statim auditio summi pontificis obitu coram clero et populo civitatis ipsius ad hoc specialiter convocandis praestent corporaliter iuramentum.

Quod si forte in praemissis vel circa ea fraudem commiserint aut ipsa diligenter non observaverint cuiuscumque sint praeminentiae conditionis aut status omni cessante privilegio eo ipso excommunicationis sint vinculo innodati et perpetuo sint infames nec unquam eis portae dignitatis pateant nec ad aliquod publicum officium admittantur.

Ipsos insuper feudis et bonis ceteris que quae ab eadem Romana vel quibuslibet aliis ecclesiis obtinent ipso facto decrevimus esse privatos ita quod ad ecclesias ipsas plene ac libere revertantur administratorum earumdem ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda.

Civitas vero predicta non solum sit interdicto supposita sed et pontificali dignitate privata.

Ceterum quia cum arbitrium vel inordinatus captivat affectus vel ad certum aliquid obligationis cuiusque necessitas adigit cessat electio dum libertas adimitur eligendi cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiae dei nostri per aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur ut pensantes attentius quid eis imminet cum agitur de creatione vicarii Iesu Christi successoris Petri rectoris universalis ecclesiae gregis dominici directoris omni privatae affectionis inordinatione deposita et cuiuslibet pactionis conventionis obligationis necessitate necnon conducti et intendimenti contemplatione cessantibus non in se reciprocent considerationis intuitum vel in suos.

Non quae sua sunt querant non commodis privatis intendant sed nullo artante ipsorum in eligendo iudicium nisi deo puris et liberis mentibus nuda electionis conscientia utilitatem publicam libere prosequantur omni conatu et sollicitudine prout possibilitas patitur id acturi tantummodo ut eorum ministerio acceleretur utilis et pernecessaria totius mundi provisio idoneo celeriter eidem ecclesiae sponso dato.

Qui autem secus egerint divinae subiaceant ultiōne eorum culpa nisi gravi propter hoc peracta poenitentia nullatenus abolenda.

Et nos nihilominus pactiones conventiones obligationes conducta et intendimenta omnia sive iuramenti sive cuiuslibet alterius sint vinculo firmitatis innexa cassamus irritamus et viribus decernimus omnino carere ita ut nullus ad illa observanda quomodolibet sit astrictus nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non servatae sed non indignae laudis titulum potius mereatur cum lex etiam humana testetur deo magis transgressiones huiusmodi quam iurisiurandi observationes acceptas.

Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcumque inventione fidendum quam de instantia orationis humilis et votae sperandum huic adicimus sanctioni ut in omnibus civitatibus ceteris que locis insignibus ubi primum de memorati pontificis obitu certitudo claruerit a clero et populo solemnibus pro eo exequiis celebratis singulis diebus donec de ipsius ecclesiae provisione indubitatus rumor pertulerit veritatem humiles preces fundantur ad dominum apud eum devotis orationibus insistatur ut ipse qui concordiam facit in sublimibus suis sic efficiat eorumdem cardinalium corda in eligendo concordia quod provisio celer concors et utilis prout animarum salus exigit et totius requirit orbis utilitas ex ipsorum unanimitate sequatur.

Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum ignorantiae negligi praetextu contingat districte praecipimus ut patriarchae archiepiscopi episcopi et alii ecclesiarum praelati ceteri que quibus concessum est proponere verbum dei clerum et populum propter hoc specialiter frequentius congregandos in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda sollerter hortentur et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam sed et observantiam prout circumstantiae pensandae suaserint ieuniorum indicant.

Cum tam divino (1505) papež Julius II.

The fifth session of the Fifth Lateran Council took place on February 16, 1513. Raffaele Cardinal Riario, Bishop of Ostia and Dean of the Sacred College of Cardinals, presided in the place of the Pope, who was gravely ill. After the introductory ceremonies, Msgr. Scaramuzza, the Bishop of Cumae, read the text of the bull of 1505. The assembled bishops were asked to solemnly publish the Bull; there were only five comments or objections. When the vote was taken, the proposal was agreed to unanimously, *nemine penitus discrepante*.

Capitulum I

Cum tam divino quam humano iure in spiritualibus praecipue detestabiliter sit simoniae labes prohibita, et longe magis in electione Romani Pontificis Vicarii Jesu Christi Domini Nostri, abominabilis sit et universalis Ecclesiae perniciosa. Nos qui regimini eiusdem universalis Ecclesiae (meritis licet imparibus) annuente domino praesidemus cupientes quantum cum Deo possumus in praemissis pro tantae rei necessitate ac periculi magnitudine, ut tenemur, in posterum salubriter providere, de fratribus nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio et unanimi consensu hac nostra perpetuo valitura constitutione, Apostolica autoritate et de potestatis nostrae plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, et diffinimus, quod si (quod Deus pro sua clementia, et ineffabili bonitate avertat) cotigerit, postquam nos, vel successores nostros successive ipse Deus ab huiusmodi universalis Ecclesiae regimine absolverit: humani generis inimico procurante, et ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente, electionem Romani Pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo seu aliquibus de coetu Cardinalium quomodolibet votum dantibus per simoniacam haeresim (in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiuscunque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promoissiones et obligationes) commissam, per se, vel alium, seu alios quomodocunque et qualitercunque (etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet, etiam perviam assumptionis unanimiter, nemine discrepante, etiam sine scrutinio factae) celebrari, vel fieri: non solum huiusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, et nullam eidem sic electo, vel assumpto administrandi, in spiritualibus et temporalibus, facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vell assumptum, de simoniaca laba, a quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi et excipi possit, sicut de vera et indubitata haeresi: ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipse sit a priori suo Cardinalatu, et alio quoque honore, Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, et Patriachalibus, Monasteriis et dignitatibus, et aliis quibuscunque beneficiis et pensionibus, quae tunc obtinebat in titulum vel in commendam aut alias quomodocunque, absque alia declaracione privatus existat et idem electus non Apostolicus sed Astaticus et tanquam simoniacus et haeresiarcha et ad praedicta omnia et singula perpetuo inhabilis habeatur, sit. Nec eiusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius intronizationem seu temporis cursum aut etiam omnium Cardinalium praestatam obedientiam ullo unquam tempore convalescat.

Capitulum II.

Liceat omnibus et singulis Cardinalibus, etiam illis, qui huic simoniace electioni seu assumptioni consenserint, etiam post intronizationem et adorationem, seu oboedientiam, ac etiam universo Clero, populo Romano, necnon subditis et Sancti Angeli De Urbe, ac quarumvis aliarum Romanae Ecclesiae arcium praefectis, Castellanis, Capitaneis et aliis officialibus, quocunque homagio, seu iuramento, vel cautione praestitis, non obstantibus, a talis electi et intronizati obedientia et devotione impune et quandocunque discedere (ipsis, fidei Romanae Ecclesiae et oboedientiae futuri Romani Pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus) et cum, ut Magum, ethnicum, publicanum, et haeresiarcham evitare. Ad cuius quoque confusionem possint Cardinales, qui praestatae electioni se opponere voluerint, si praesumpserint se regimini universalis Ecclesiae, praetextu talis electionis ingereree, auxilium brachii secularis contra eum implorare. Nec tales ab eius oboedientia discedentes, tanquam tunicae Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum poenarum seu censurarum ultiōni fubiaceant. Cardinales vero, qui eum sic simoniace elegerunt, a suis ordinibus, etiam Cardinalacum, titulis et honore, ac quibusunque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, et aliis praelaturis, ac dignitatibus et beneficiis, quae in titulum vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus seu ad quae ius tunc habebant absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitus et cum effectu discesserint, et reliquis Cardinalibus, qui huiusmodi simoniae non consenserint infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fictione vel fraude univerint et coniunixerint. Et tunc si praefatis aliis Cardinalibus se univerint et coniunixerint: in pristinum statum et ad pristinos honores et dignitates, etiam Cardinalatus, ac ecclesias et beneficia quibus praerant et quae obtinebant, reintegrari, rehabilitati ac restituti et repositi ab huiusmodi simoniae labe, et censuris ac poenis ecclesiasticis quibusunque absoluti eo ipso existant.

Capitulum III.

Mediatores vero et proxenetae, trapezitae tam clerici quam laici, cuiuscunque dignitatis, qualitatis, et ordinis fuerint, et Patriarchali, Archiepiscopali sive Episcopalni vel alia seculari mundana sive ecclesiastica dignitate praediti, etiam quorumcunque Regum et Principum Oratores, vel nuncii, diutius simoniace electionis participes sint omnibus suis ecclesiis, beneficiis, praelaturis et feudis, ac aliis quibusunque honoribus et bonis eo ipso privati et ad similia inhabiles, ac etiam active et passive intestabiles, et eorum bona ipso facto ad instar reorum criminum laesae maiestatis, Fisco Apostolicae sedis applicentur et devolvantur, si predicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romanae Ecclesiae subditi. Bona vero et feudam taliter delinquentium non subditorum secularium in partibus, Fisco secularis Principis in cuius territorio bona sita fuerint ipso facto similiter applicentur. Ita tamen, quod si infra tres menses a die quo notum fuerit illos simoniam commississe vel participasse, Principes dicta bona fisco suo actualiter hoc applicaverint ex tunc illa fisco Ecclesiae Romanae applicata censeantur et sint eo ipso absque aliqua simili declaratione. Promissores quoque et obligationes, sive sponsiones propterea quandocunque etiam ante tempus dictae electionis, etiam extra personas Cardinalium, per quosunque alios quomodoquaque factae, cum quavis inexcogitabili solennitate et forma, etiam iuratae, conditionales, sive eventuales et in forma excommissarum, ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de recepto, donationis, arrendamenti vel venditionis, permutationis vel

alterius cuiuscunque contractus, etiam in ampliori forma Camerae Apostilicae factae, sint nullae et invalidae, et ad agendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi vel constringi possit, in iudicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune absque aliquo metu sive perjurii nota recedere. Et insuper liceat Cardinalibus qui electioni praedictae simoniaca interfuerint et a parefato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, etiam illis qui huiusmodi simoniaca electioni consenserutn, et postea eisdem Cardinalibus indicta simonia non complicibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis ad alterius nihilominus Pontificis electionem non expectata alia sententia declaratoria simoniaca electionis huiusmodi (eadem tamen praesente nostra constitutione semper in suo robore permanente) libere alias tamen canonice devenire, et Concilium etiam generale inducere et consecrare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire. Non obstantibus quibuscunque contrariis constitutionibus, etiam in generalibus Conciliis editis.

Datum in Concilio Laterano apud Sanctum Petrum 19 Cal. Feb 1505.

In eligendis (1562)

papež Pius IV.

Ordinationes pro tempore Sedis Apostolicæ vacantis, circa electionem Summi Pontificis et observantiam conclavis. Declarationesque iurisdictionum collegii S. R. E. cardinalium, camerarii et clericorum Cameræ, maioris poenitentiarii, datarii, præfectorum et prælatorum signaturæ gratiæ et iustitiæ et custodum conclavis (1).

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In eligendis ecclesiarum prælatis, quibus et humana et divina ministerial committuntur, quantam adhiberi curare oporteat, testantur Patrum nostrorum sacratissimæ constitutiones, quas illi magna severitate de episcoporum et aliorum prælatorum qualitate ediderunt, propterea quod a bonis bona omnia, videlicet charitas, vigilancia ecclesiastica disciplina, denique animarum eis commissarum salus proficiscerrntur; a malis vero contra, nonnisi mala, nempe avaritia, negligentia, fastus et animarurn periculum possit expectari. Quod si in quibuslibet ecclesiarum pastoribus tantopere providendum est ne quis assumatur indignus, maiorem certe et perspicaciorum diligentiam in Romano Pontifice eligendo, qui ceteris pastoribus est præfuturus, et totius dominici gregis curare habiturus, oportet adhiberi.

§ 1. Hac sancta meditatione permoti, prædecessores nostri et præsertim felicis recordationis Alexander III, Gregorius X, Clemens V, Clemens VI et Iulius II nonnullas constitutiones sanxerunt ad providendum ut Summorum Pontificum electiones libere et recte et mature fierent. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit qui eas assidue retineat et conservet, verendumque sit ne aliquando, propter earum constitutionem transgressionem, subotii abusus longius serpant et progrediantur.

§ 2. Nos, quantum cum Deo possumus, futuris casibus et periculis occurrere volentes, eorumdem prædecessorum nostrorum constitutiones, tum innovando, tum declarando et pro rerum ac temporum necessitate supplendo, de fratrum nostrorum unanimi consilio atque assensu, definimus, statuimus et declaramus ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, cardinales præsentes decem tantummodo diebus, iuxta dicti Gregorii prædecessoris constitutionem concilio Lugdunensi editam, cardinales absentes expectare teneantur, et interim solitas novem continuorum dierum exequias omnino peragant nec ullo prætextu ulterius differant. Et ac quid impedimento esse possit quo minus exequiæ ipsæ nono die absolvantur, si quando, per observantiam alicuius magni impedimenti et præcipui festi, cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti debere, dies illi sic intermissi in numerum novem dierum nihilominus computari debeant, et impensa, quæ in eis pro exequiis facienda esset, inter pauperes Christi distribuatur. Ac ut superfluis quoque sumptibus, qui iam in immensum excreverunt, modus imponatur, funus simplicius quam consueverit fiat, ita ut illius ratione (præter regalia populo Romano præstari solita), decem millium ducatorum summam, pannis lugubribus et regalibus tam carnerari et clericorum ac aliorum cameralium, quam aliorum quorumcumque ministrorum et officialium, ac aliis omnibus omnino computatis, impensa non excedat. Summa autem decem millium huiusmodi, vel, si collegio visum fuerit,

etiam minor, at nullo modo maior, per tres cardinales antiquiores, unum videlicet de quolibet ordine, et camerarium proportionabiliter, pro rata distributionis alias fieri solitæ, inter prædictos omnes et singulos dividatur.

§ 3. Lapsis vero decem diebus a die obitus Pontificis, ingressus conclavis nullatenus prorpgetur aut differatur, sed sequenti die, missa de Spiritu Sancto celebrata, sive e cardinales absentes venerint sive non, qui fuerint præsentes statim conclave ingredi tenentur, et ingredientes ipsi, absque mora aliqua, omissa omnino capitulorum confectione, primis diebus fieri solitorum, in electionis negotio procedant, et singulis diebus scrutinium fiat, et in primo scrutinio etiam accedere liceat.

§ 4. Si qui vero forte intrare noluerint, vel ingressi, absque manifesta infirmitas causa, iutamento medicorum et a maiori parte cardinalium per secreta suffragia approbata, exiverint, dictæ constitutionis Gregorii poenam incurvant.

§ 5. Declarantes nihilominus quod, postquam cardinales præsentes, aliis cardinalibus, etiam de latere legatis, aut ex alia quacumque, etiam publica, causa, etiam cum Iicentia Summi Pontificis, absentibus, ulterius non expectatis, post tamen lapsum dictorum decoro dierum a morte Pontificis, electionem sive intra sive extra conclave fecerint, electio sic, ex itineris aut alterius, etiam probabilis et notorii, ipsorum cardinalium absentium impedimenti prætextu, impugnari minime valeat, quem publica utilitas ex matura electione proveniens cuvis alteri rationi præferri debeat.

§ 6. Sedis autem vacatione durante, collegium cardinalium in iis, quæ ad Pontificem Maximum, dum viveret, pertinebant, nullam omnino potesatem aut jurisdictionem habeat, neque gratiam neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi, sed ea omnia futuro Pontifici reservare tencatur. Neque de statu temporali Romanæ Ecclesiæ, neque de pecuniis Cameræ Apostolicæ aut datarii, vel pro solutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut alias ex quavis causa (casibus infrascriptis dumtaxat exceptis), quicquam disponere, nec contra dictam Gregorii constitutionem pro se ipsis aliquid percipere, nec æs alienum, ultra necessarios sumptus præsentibus comprehensos, contrahere debeant; neque camerarius, thesaurarius, datarius, depositarius, castellanus arcis S. Angeli aut alii officiales, contra harum constitutionum tenorem, collegio obedire teneantur sive debeant; quinimmo, si eis in talibus obtemperaverint, aut ipsi cardinales vel officiales ex eorum officiis contra præmissa aliquid attentare præsumpserint, de suo proprio Cameræ Apostolicæ plenarie satisfacere et pecunias erogatas restituere, ac quævis damna ad eligendi Pontificis arbitrium resarcire cogantur. Quod autem expendi possit, erit præfata decem millium ducatorum summa. Illud item quod pro victu familiæ pontificiæ ante conclavis ingressum, ac post ingressum pro pauperum officialium Palatii tantum per camerariun et priores Ordinum describendorum victu, ac etiam pro eleemosynis Sede vacante fieri consuetis. Itemque pro defensione terrarum Ecclesiæ vel partis carum. Necnon pro regalibus populo Romano et illius magistratibus ac custodia Urbis cconclavis, illiusque provisionibus opportunis necessarium erit. Quæ vero impensa pro defensione terrarum et locorum Ecclesiæ et securitate ac provisionibus conclavis facienda sit, cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debeant, ita ut maioris partis sententia obtineat id quod observandum erit, etiam in gubernatoribus Urbis, tam ultra pontem quam citra, et aliis offilcialibus, etiam pro Status

Ecclesiastici regimine, si opus fuerit, eligendis. Si vero ultra prædicta aliquod grande periculum immineret, cui omnibus et singulis cardinalibus præsentibus, iuxta ordinationem Gregorii X, aut saltem duabus illorum tertiiis partibus per secreta suffragia videretur celeriter occurrendum, tunc collegium, iuxta maioris partis sententiam, similiter per secreta suffragia, de remedio opportuno ac provide, de necessaria impensa providere possit et debeat.

§ 7. Statuimus etiam quod tres cardinales atquiores, unus videlicet ex quolibet Ordine, una cum camerario, post Pontificis obitum, reliquos cardinales congregandi et occurrentes necessitates in congregationibus generalibus proponendi et ut conclave bene undique claudatur curandi. ius habeant.

§ 8. Ipsorum autore officium tertia die post conclave ingressum omnino expiret, eorumque loco tres alii sequentes in ordine, quolibet tertio quoque die, cum eodem camerario in eadem potestate succedant.

§ 9. Camerarii quoque et maioris poenitentiaria officia, quæ etiam Sede vacante durante, ita durare decernimus et declaramus, ut non solum ea, quæ præsenti constitutione prohibentur, et quæ Pontifice vivente exercere non consueverunt, seu a quibus, pro eiusdem Pontificis reverentia aut alias, quomodolibet abstinebant, minime usurpent, sed camerarius ac præsidentes et clerici aliqui ministri et officialies Cameræ; Apostolicæ exacti pecuniarum eidem Cameræ debitarum, ac provisionibus ratione Sedis vacantis iuxta præmissa necessario faciendis dumtaxat incumberet; et propterea a solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum solidatione, extractionibus frumentorum, remissionibus delictorum, executionibus delinquentium et quibuscumque aliis expeditionibus, tam gratiam quam iustitiam aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omnino abstinere.

§ 10. Poenitentiarus vero et eius officiales en tantum facere et expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent; in reliquis officium eorum conquiescat. Itaque a quibuscumque matrimonialibus et aliis dispensationibus ac absolutionibus et declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus, forum, quod aiunt, fori, mixtim vel separatim quomodolibet respicientibns, omnino abstineant. Alioquin in quibus, tam camerarius quam poenitentiarus et alii prædicti, etiam de licentia aut mandato totius collegii, contrafecerint, ea nulla et irrita sint, ac nemini suffragentur. Et nihilominus eorum excessus et inobedientiæ rationem Pontificis arbitrio quandocumque reddere teneantur. Literis etiam nostris super reformatione Cameræ et Poenitentiariæ huiusmodi editis in suo robore permansuris.

§ 11. Datarii vero ministerium per eiusdem Pontificis obitum omnino expiret, ira ut non solum datas per eum antea notatas extendendi potestatem minime habeat, sed quascumque supplicationes gratiarum et iustitiæ penes eum aut eius ministros adhuc existentes, etim si datae fuerint, collegio cardinalium statim, sub sigillo clausas, prsesentare teneantur, futuro Pontifici reservandas. Quod si contra præmissa quisquam, ad cuiusvis, etiam cardinalis, instantiam, attentare præsumpsert, irritum et inane existat, et nihilominus falsi crimen incurrat, illius ratione futuro Pontifici redditurus.

§ 12. Prohibentes insuper ne cardinates et prælati signaturæ gratiarum et iustitiæ præfecti, Sede vacante, supplicationes et commissiones aliquas, etiam si supplicantes; parvas datas, ut moris est, aurea obtinuerint, signare valeant, sed officia eorum omnino cessare intelligantur. Quod si aliter fecerint, pro excessibus huiusmodi, futuri Pontificis arbitrio puniantur.

§ 13. Mandamus quoque quod cellæ conclavis cardinalibus sorte distribuantur, nec liceat eas, etiam infirmitatis prætextu, mutare, aut desuper ædificare, vel illas dilatare, sed quilibet, etiam decanus, sit sua sorte contentus.

§ 14. Post conclavis vero ingressum indicimus (2) et expresse prohibemus, sub officiorum et beneficiorum privationis poena, atque etiam sub alia arbitrio gubernatoris, ad custodiam conclavis deputari soliti, infligenda, ne quis immediate supra aut infra conclave seu a lateribus habitare vel morari possit. Quæ loca muris claudi et a præsidentibus custodiæ conclavis ac a dicto gubernatore sæpius visitari debeant. Et si qua fraus commissa fuerit, teneatur ipse gubernator, sub perjurii poena eo ipso incurrienda et alia arbitrio futuri Pontificis infligenda, delinquentes huiusmodi cardinalibus pro tempore deputatis revelare, curareque ut delinquentes ipsi carcerentur et acriter puniantur.

§ 15. Teneantur quoque cardinales pro tempore deputati cellas cardinalium et alia conclavis loca sæpius visitare et diligenter perquirere, ne in ipsius conclavis muris aut laquearibus seu pavimentis vetita foramiana fiant. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores privationis officiorum et beneficiorum, ac aliis etiam corporalibus et seveissimis poenis, gubernatoris ac etiam futuri Pontificis arbitrio, afficiantur; et consciæ de præmissis eisdem poenis teneantur, nisi statim, si intra conclave fuerint, eisdem cardinalibus deputatis; si vero extra conclave, gubernatori et prælati præpositus revelaverint. Qui quidem gubernator et prælati, sub perjurii poena, in hoc invigilare et opportune providere debeant.

§ 16. Quilibet autem cardinalis in conclavi duobus servientibus, deric's vel laicis, contentus sit; infirmis autem et graviter affectis a maiori parte collegii per secreta suffragia tertius ad summum indulgeri possit.

§ 17. Qui servientes familiares domestici et continui commensales ipsius cardinalis et ab anno ante fuisse et tunc esse debeant, et non mercatores, ministri principum, domini temporales et iurisdictionem habentes, neque fratres aut nepotes cardinalium, etiam si expensis eorum viverent. Et de qualitatibus conclavistarum cardinales deputati ante conclavis ingressum diligenter inquisitionem habere et eos approbare, ac posse ingressum denuo diligenter providere debeant.

§ 18. Sacrista quoque cum uno clero coadiutore in officio sacristiæ; duo quoque magistri cæremoniârum conclave ingrediantur missis celebrandis, et aliis, quæ ad ipsos pertinent, vacaturi. Adsit præterea unus religiosus pro confessionibus audiendis, a maiori parte cardinaliuam per secreta suffragia eligendus; unus collegii secretarius tantum; duo medici; unus chirurgus; unus aromatarius, cum uno aut duobus servientibus; unus faber lignarius; unus cementarius; duo barbitonsores, cum uno aut duobus servientibus. Item octo aut decem servientes publicæ utilitati et commodati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo conclavi et similibus necessariis ministrandis, qui omnes a collegio cardinalium, non tamen ex familia

alicuius cardinalis, per fabas secretras elegantur, ita tamen ut is obtineat, qui plura vota tulerit, et eis salario de publico persolvantur. Quod si ultra præfatas personas, in conclavi aliquis inventus fuerit, expelli statim debeat. Et si quis uspiam se occultasse deprehendatur, ignominiose expellatur, et infamia notetur, et officiis atque beneficiis privetur; consciens vero, sub eadem poena illos collegio revelare teneantur, præmium reportaturi, si indicaverint.

§ 19. Cluso conclavi, nulli ad colloquium, etiam extra portam conclavis, etiam principum oratores, nisi ex magna et urgenti causa a maiori parte collegii approbanda, admittantur. Et si quis forte, quod absit, clam ipsum conclave et aliunde quam per ostium ingrediatur, omni honore, gradu ac officio et beneficio ipso facto privatus existat et tradatur curiæ sacerdotali acerrimis poenis puniendus.

§ 20. Literas vero aut cuiusvis generis scripta ad eos, qui in conclavi erunt, seu nuncium vel notam aut signum mittere seu recipere, aut contra e conclavi ad eos qui foris erunt, ullo modo liceat; qui contrafecerint, quacumque dignitate, etiam si cardinalatus honore, præfulgeant, poenæ excommunicationis latæ sententiæ subiaceant, absolvendi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pontifici maximo reservata, a quo nihilominus pro qualitate delicti, ultra dictam excommunicationis poenam, puniendi erunt.

§ 21. Prohibentes etiam super futura electione Pontificis sponsiones, quas excommissas vocant, fieri; et si forte contra præsentium tenorem factæ fuerint, illas nullas et irritas, in iudicio et extra, fora et omnino censori, et contrafacentes ac proxenetas arbitrio gubernatorum et futuri Pontificis puniri debere decernimus.

§ 22. Cardinales autem primo ipso die, quo conclave ingressi fuerint, tam in prandio quam in coena, uno solo ferculo unius speciei tantum, eoque moderato et alias iuxta constitutionem præfati Clementis VI qualificato, contenti sint et esse debeant, nec quisquam in alterius cella vel de alterius ferculo vescatur.

§ 23. Prelati quoque ad custodiam conclavis deputati, sub poena periurii et suspensionis a divinis, maxima et exquista diligentia utantur in inspiciendis ac præservandis (3) epulis et aliis rebus ac personis conclave intrantibus et de eo exeuntibus, ne, sub earum rerum velamine, literæ aut notæ vel signa aliqua transmittantur. Quod si tale quid inventum fuerit, familiares cardinalium aut alii delinquentes poenam privationis officiorum et beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta et obtainenda incurant. Et ulterius per gubernatorem carceribus mancipentur, exinde, nisi de mandato novi Pontificis, minime relaxandi, sed eius arbitrio acrius puniendi, omni facultate collegio cardinalium in favorem quorumcumque, qui in præmissis vel eorum aliquo deliquerint, omnino interdicta.

§ 24. Conclavistæ vero et quicumque alii servientes conclavi, ex causa infirmitatis manifestæ et notabilis, a medicis medio iuramento probatæ et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam desuper oneramus, et non aliter exituri, nullo modo reverti possint, sed eorum loco alii eodem prorsas tempore, quo infirmi exhibunt, ingrediantur.

§ 25. Statuimus etiam et declaramus quod si forte aliquis cardinalis saltem in diaconatus ordine constitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat.

§ 26. Cardinales autem per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi enixe rogamus et hortamur, ac eis nihilominus, sub divini interminatlonē iudicii, præcipimus et mandamus ut, attendentes magnitudinem ministerii, quod per eos tractatur, in dandis suffragiis ac aliis omnibus et singulis electionem quomodolibet concerentibus, omni dolo ac fraude, factionibus et animorum passionibus remotis, ac principum sæcularium intercessione bus, ceterisque mundanis respectibus minime attontis, sed solum Deum præ oculis habentes, sese pure, libero, sincere, quiete et pacifice gerere et habere debeant. Nec pro ipsius Pontificis electione, conspirationes, condicta, pactiones et alios illicitos tracatus inire, signa aut conirasigna votorum suorum atteri dare, minasve aliquibus inferre, tumultus exitare, aut alia facere, per quæ electio retardetur, vel minus libero suffragia prætentur, per se vel alium, directe vel indirecte, quovis colore vel ingenio, audeant vel præsumant. Quod si secus fecerint, aut contra prohibita in præsenti constitutione aliquid admiserint; ultra divinam ultiōnem, arbitrio futuri Pontificio pro modo culpæ in eos quandocumque animadverti possit.

§ 27. Quia vero parum esset iura condere, nisi forent qui executioni ea demandarent, statuimus et ordinamus ut prælati, rectores, officiales Urbis ac principum oratores, illustres viri, quos omnes a collegio pro custodia conclavis eligi contingent (eligere autem collegium debet eos, qui ad id magis idonei videbuntur), præmissa omnia plene et inviolabiliter, ac sine fraude et dolo aliquo observavi faciant, de quo corporale iuramentum coram ipso collegio, ante ingressum conclavis et quoties opus fuerit, præstare teneantur; quæ quidem nisi fecerint, vel si in eis dolum et fraudem commiserint, prædictas poenas et ceteras in dicta constitutione Gregorii X contentas incurant.

§ 28. Volumus autem neque per prælatos, neque per rectores aut officiales præfatos, ultra quam præmittitur, cardinales arctari, neque præsentes has nostras constitutiones per collegium cardinalium ullo modo alterari, corrigi aut immutari posse, sed illas coram omnibus de verbo ad verbum in prima congregatiōne post obitum Pontificis fieri solita et deinde post conclavis ingressum legi et iurari, eo modo, quo leguntur et iurantur constitutiones Iulii II et aliorum prædecessorum nostrorum, quorum constitutionibus et poenis in eis contentis ultra præmissa per hanc nostram constitutionem derogare non intendimus, sed magis eas confirmare, innovare et comprobare.

§ 29. Et ne dissensionis occasio aut schismatis oriatur, volumus, censurarum et excommunicationum præfatarum et aliarum quarumcumque prætextu, cardinales a Pontificis electione active vel passive excludi nullo modo posse, quas quidem excommunications et censuras, ad electionis effectum tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus et suspensas esse volumus et declaramus. Decernentes quoque excommunications et censuras ipsas eum solum afficere, qui deliquerit, non autem alios conclavi durante cum eo conversantes.

§ 30. Ac præsentes nostras, ubicumque electionem Summi Pontificis, etiam extra Urbem, fieri contigerit, locum habere et observari debere.

§ 31. Ac insuper illas in valvis basilicæ Principis Apostolorum et Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ per aliquos cursores nostros legi et publicari, ac illarum copiam ibidem affixam dimitti et deinceps omnes et singulos cardinales,

etiam absentes, præsentes et futuros, et alios quoscumque, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficere et ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostoticis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

§ 32. Nulli ergo *etc.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum (4), anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, septimo idus octobris, ponticatus nostri anno tertio.

+ Ego Pius, catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Příloha č. 6

Aeterni patri filius (1621) papež Řehoř XV.

Cardinales omnino abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus, intendimentis, condicibus, foederibus, aliis quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum seu schedularum, aut aliis tam verbo quam scripto aut quomodocunque dandis aut petendis, tam respectu inclusionis quam exclusionis, tam unius person quam plurium aut certi generis, etc.

Praedecessores Nostri pro supremi Apostolatus officio sollicita cura et singulari studio continenter prospexerunt, ut Romanorum Pontificum electiones, a quibus pax, unitas et status Ecclesiae tantopere pendet ordinatim et regulariter fierent; et plura pro temporum adiunctis, ut eae celeriter, libere et expedite ad exitum deducerentur, sapienter invenerunt et decreverunt. Haec autem sollicitudo et vigilans eorum cura praecipue enituit cum bellorum motus, eut pertubari rerum publicarum ordines suspicionem iniicerent, ne quae pro Romano Pontifice eligendo sacra comitia haberi deberent, vel per apertam vim libertate destituerentur, vel alia quavis ratione electio deturbaretur, aut distineretur, aut alia eidem expedienda impedimenta obiicerentur. Siquidem tunc consentaneum visum dijudicatumque est impendenti malo extraordinariis occurrere remediis, quae adiunctorum gravitas e re magis esse suaderet, ut pericula propulsarentur, quibus pax et unitas ipsa Ecclesiae in discrimen adducebatur. Huius veto peculiaris sollicitudinis monumenta praecipue suppetunt Romani Pontifices, qui inde a superiore saeculo Ecclesiae clavum tenuere in tam misera rerum conversione ac perturbatione, qua haec praesertim Apostolica Sedes oppugnata est, rum hostilium copiarum irruptione, turn internarmn seditionum motibus, tum etiam usurpatione civilis principatus, qui ad liberum et independens spirituale Ecclesiae regimen, Deo sic providente, constitutus fuit; quo tempore Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales aut Urbe expulsi, aut in diversa loca deportati sunt; ipsi autem Romani Pontifices impio ausu a propria sede abrepti, in exilium acti, aut etiam in careerem detrusi ac detenti sunt. Ipsi enim quamvis tot tantisque iactarentur tempestatum fluctibus, nihil tamen antiquius habuere, quam, ut futuri Pontilicis electionem in tuto ponerent, tum iis quae in eam rem Romanorum Pontificum Constitutionibus sancita aut consuetudinibus invecta fuerant oportune derogando, cum alia pro rerum adiunctis sapienter constituendo quibus electio celerius et facilius expediti absolvique posset.

At vero ut pro sua aetate Praedecessores Nostri, ita Nos immo vero eo magis devinctos et obstrictos ipsi sentimus debito consulendi certae et expeditae Successoris Nostri electioni, quo saeviores perspicimus ingruere adversus Christi Ecclesiam tempestatum aestus et aciores hostium in dies experimur conatus et impetus adversus hanc Sanctam Sedem; quo magis sus deque omnia versa et perturbatos videmos publicos rerum ordines, ita ut anxius haereat animus et pavida mens incerta maneat quid demum futura tempora portendant. Quamvis itaque Dei promissionibus confisi, cuius in humilitate cordis Nostri nunquam desistimus implorare opem, certa fulciamur spe fore ut etiam in praesenti discriminis suo omnipotenti praesidio Ecclesiae Sponsae suae Ipse adsit; nihilominus perpendentes hinc caducum et labilem humanae vitae fluxum, inde autem multiplices qui aut electioni Nostri Successoris intercedere, aut eidem moram afterre queant, sive Nos supremum diem hic Romae claudere contingat in eadem in qua nunc versamur conditione, sub hostili dominatione constitutos et undique innumeris impeditos insidiis; sive tum Nobis, tum Sacro Cardinalium Collegio graviora adhuc experiri ac perpeti accidat: sive demum exilii iter arripere cogamur, ibique ex mortalis huius vitae aerumnis ad aeternam pacem Nos vocare Deo libuerit; conveniens et necessarium iudicavimus ea constituere quae pro casuum varietate, quibus praevertere humano consilio licuit, in electione Nostri Successoris servari deberent. Inhaerentes itaque Praedecessorum Nostrorum vestigiis, implorato prius coelesti lumine et exquisito consilio peculiaris Congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae

Cardinalim, certa scientia et proprio motu de plenitudine Apostolicae potestatis haec quae sequuntur decernimus.

Ius iamdiu firmatum et praescriptum eligendi Romanum Pontificem Successorem Nostrum ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales unice et privative pertinere declaramus et edicimus et, quatenus opus sit, hac Nostra Constitutione aprobamus et confirmamus, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiam alterius ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu, quovis quae sit colore aut praetextu etiam supplendi munus et vices Cardinalium, casu quo iidem per orbi dispersi aut deportati aut alio quolibet obstaculo praepediantur comitia habere pro canonica Successoris Nostri electione. Quam in rem Constitutionem f. r. Pii IX Decessoris Nostri quae incipit *Cum Romanis Pontificibus* die iv Dec. MDCCCLXIX datam confirmamus et renovamus. Ut autem magis adhuc cautum sit, ne alienus quis electionis quamvi extrinsece tantum sese interponat et immisceat nominatim derogamus Constitutionibus Gregorii X in Concilio Lugdunensi *Ubi periculum*, Clementis V in Concilio Viennensi *Ne Romani* et Pii IV pro ea parte qua civilibus aut politicis magistratibus civitatis, in qua Romani Pontificis electio sit celebranda, vel etiam Praelatis, Rectoribus, Officialibus Urbis, Principum Oratoribus, aliis quibusvis potestatem tribuunt, ut praescriptiones pro electione praefata faciant observari.

Derogamus etiam iis regulis et praescriptionibus quae per Apostolicas Romanorum Pontificum Constitutiones, etiam in Generalibus Conciliis editas, aut alioqui speciali mentione dignas, praefinitae sunt circa electionis tempus et locum, circa Conclave eiusque clausuram aliasque minoris momenti res, ut sunt sollemnitates et cacremoniae quae adhiberi consueverunt, nominatim circa custodiam Conclavis, circa suppeditationem rerum, ad victimum aliquosque vitae usus pertinentim, item circa personarum, quas in Conclave suscipi oporteat, qualitates et numerum, qui tamen consuetum non excedat, aliaque huiusmodi; quas utrum omnes vel aliquas servari aut missas fieri oporteat, quod major pars congregatorum Cardinalium surfragium tulerit, ius erit. Maioris item partis congregatorum Cardinalium erit decernere utrum, nulla interiecta mora, et ante nonum a Nostro obitu diem electione celebrari, aut etiam si publicae rei status perturbatio, vel alia gravis causa intercedat, comitorum tempus in longius protahi oporteat; quo postremo in casu penes eosdem Cardinales erit pari modo potestas leges circa clausuram Conclavis aliasque praescriptiones, ut supra, moderandi aut etiam relaxandi. Qua ex re Cardinales omnes a iurandi religione, qua supradictas Praedecessorum Nostrorum Constitutiones servare promittunt, absolvimus et absoluto fore declaramus, non solurn in praedictis illarum praescriptionibus ad comitorum tempus et locus atque ad Conclave eiusque clausuram spectantibus, verum etiam in aliis minoris momenti caeremoniis et sollemnitatibus, si quae observatio rei exitum retardare possit. In ceteris tamen quae celeri, quam summopere optamus, novi Pontificis electioni non officiant, maxime autem in rebus cum clausula electionem aliter factam irritante praescriptis, praetor ea scilicet quibus a Nobis derogatum est, Constitutiones ipsas observandas mandamus.

Etsi veto amplam illam facultatem Collegio Cardinalium concesserimus, praesertim quoad tempus et locum electionis futuri Romani Pontificis, nihil tamen innovatum esse declaramus, sive quantum ad generalem canonum sanctionem, ne Sede vacante aliquid innovetur; sive quantum ad speciales Constitutiones quibus cautum est, ne in Collegium Cardinalium ea potestas et iurisdictio transeat, quae ad Pontificem dum viveret pertinebat; ne Collegium de iuribus Sedis Apostolicae Romanaeque Ecclesiae quomodolibet disponere valeat, neque in quopiam iuribus eiusdem sive

directe detrahere attentet, sive indirecte per coniventiae speciem, seu per dissimulatione faciarum adversus ea iura perpetratorum, attentare videtur immo omnium virium contentione eadem custodire et defendere debeat.

Dum autem ad propositum finem expeditius as-- quendum, materialem Conclavis se loci clausuramm relaxari permittimus, obligationem tamen secreti servandi in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertinent, et in iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, haudquaquam relaxamus. Itaque eo modo et forma, ab sub poenis a Decessoris Nostrorum Constitutionibus indictis, praexceptimus iterum et mandamus, ut secretum istud accuratissime servetur atque ab aliis servari curetur, et quidem eo cautius at arctius, quo gravior se prodit temporum difficultas.

Quolibet item loco et quibusvis in adjunctis electionem celebrari contigerit, non aliter legitima et valida ea erit, quam si numerus Cardinalium. Qui pro tempore existentium, plus uno saltem, excedat; quem tamen numerum si deinceps minui accidat, sive quod aliquem ex Cardinalibus, qui ad comitia convenerint, mors praeveniat, aut morbus opprimat, sive alia qualibet ex causa, impedimento id minime esse debet, quominus Cardinales reliqui incepsum opus prosequi et electionem legitime et valide absolvere queant. Electum vero legitimum Beati Petri Successorem et Nostrum verumque Romanum Pontificem agnosci haberique decernimus in quem secretis per schedulas suffragis duae ex tribus congregatorum Cardinalium partes in scrutinio, sive in scrutinio et accessu convenerint; sin autem per inspirationem vel per compromissum electio fiat, eadem per Cardinales, ut supra, congregatos, servata consueta forma canonica, perfici debbit.

His universim praestitutis quuae in Nostri Successoris electione, quovis loco ut quibusvis in adjunctis eadem celebretur servari oporteat, necessarium duximus quaedam speciatim adiicere quae pro casuum qui occurrant varietate servari debeant. Mandamus itaque et decernimus, si Nos in hac Urbe Roma vita fungi accidat, ut Cardinales, qui tum praesentes in Curia erunt, vix dum Nos diem contigerit clausisse supremum, antequam vel ipsae exequiae in suffra gium animae Nostrae persolvantur (aliis Cardinalibus etiam de latere Legatis aut ex alia qualibet causa, etiam cum venia vel mandato Nostro absentibus, per praescriptum decem dierum spatium minime expectatis) huius Urbis, rerum ac temporum circumstantiis serio perpensis, deliberent an in eadem Urbe, vel extra eam comitia pro novo Pontifice eligendo haberi debitant. Ea autem deliberatio plenum effectum sortiatur in quam maior Cardinalium tunc praesentium pars consenserit. Quod si Cardinalibus congregatis insuper visum fuerit, nulla interiecta mora, novi Pontificis electionem ad exitum adduci, praesente, ut aiunt, cadavere, Iberum erit, servatis quae servanda supra praecipimus, electionem novi Pontificis vel in primo ipso conventu perficere. Insuper, ut omnis amoveatur cunctationis et perturbationum occasio, quoad Pontificias exequias praecipimus consuetum praetermitti apparatum a Constitutionibus et consuetudine invectum, easque a Cardinalibus peragi modesto ritu ac forma in Palatii Vaticani Capella si Nos extremum diem ibi claudere contigerit. Volumus tamen omnino et mandamus, si Cardinales comitia pro electione hic in Urbe ant alibi in Italia habenda esse duxerint, ut in cassu cuiusvis iniuriae Conclavis loco vel personis illatae, quae maioris partis congregatorum Cardinalium iudicio electioni libertatem adimat, omne illico abrumptur electionis incoepum, comitia dissolvantur et ad tutiorem sedem transferantur extra Italianam. Demum animo perpendentes afflictum statum in quem res Sanctae Sedis adductae sunt hostilis dominationis causa, sub qua eiusdem civilis principatus et ipsa haec Urbs Roma constituta reperitur, ne vacationis tempore dignitas et rationes eiusdem Sancate huius Sedis adhuc detrimenta ulterius capiant, et eliam ut Sacro Cardinalium Collegio

certa suppetat via qua tricis et difficultibus, quas casus ferat, sese expedire queat, peculiari Instructione, quam huic Constitutioni adiicimus, normam et regulam praefinire sategimus, ad cuius praescriptum se conformare, prout casus tulerit, Cardinales debeat.

Cum atem ea sit temporum iniquitas, ut merito timendum sit, ne invalescens hostium nostrorum in dies oppressio et audacia, vel in deterius ruens rerum publicarum status, Nos ex hac Urbe exulatum habire cogat, vel etiam hint abducatur vi, et extra Romanam Curiam exinde mors Nos praeveniat; decernimus atque mandamus, ut in hoc casu ex eo extra Curiam loco, ubi Nos onnipotens Deus ex hac vita migrare volue, Cardinalis quicumque adsit, aut si plures erunt, eorum dignior, nempe non qui creatione, ed iure ceteris anteit, aut, iis omnibus absentibus, Nuntius Apostolicus et, in eius defectu, loci Ordinarius aut Praelatus, vel alius quispiam ecclesiastica dignitate insignitus, quam celeriter de Pontificis morte Cardinalem Sacri Collegii Decanum aliosque de quorum sede sit edoctus, certiores faciat ut statim ad comitia peragenda se praeparent. Decanus, vel, ipso impedito, Cardinalis dignitate potior, vix dum huiusmodi nuncium acceperit vel quovis alio modo Apostolicae Sedis vacationem certo exploratam habuerit, una cure tribus antiquioribus Cardinalibus ex unoquocue Ordine et cum Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, si una simul erunt, vel, ipsis absentibus, cum aliis quibusvis Cardinalibus, vel demum ipse solus, si reliqui omnino absint, locum alicuius regionis, quaecumque demum ea sit, eligant, qui ad habenda comitia magis opportunus videbitur. Hinc nulla interiecta mora, idem Cardenlis Decanus, vel, ipso impedito, alius Cardinalis ut supra, ceteris Cardinalibus vacationem Sedis Apostolicae significet, eosque ad novi Pontificis electionem advocet, ac de loco certiores faciat in quo illam peragi liberatum fuit. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut, nisi legitimo impedimento detenti fuerint inductionis litteris obtemperare, atque ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statimse conferre debeat. Ceterum in quemcumque locum Cardinales, ut supra, convenerint, omnino legitima canonica atque valida erit habenda novi Pontificis electio, dummodo ea impleta fuerint quae ad validam electionem efficiendam requiruntur, iis exceptis quibus Nos expresse derogavimus. Quae quidem omnia, proportione servata, etiam ad casum accommodari transferrique debebunt quo, quamvis Nos hic Romae accidat diem supremum obire, Sacro tamen Cardinalium Collegio, invalescente seditionum publicaque perturbationis tumultu, hostium oppressione et insectationibus hac illac per orbem violenter disperso, comitia pro novi Pontificis electione Romae haberí nequeant.

Quoniam vero Christus Beatum Petrum dispensatione mirabilie gentium Romam direxit, qui, ibi, sicut doctrinae virtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus conquiescit (1), praecipimus et mandamus ut Cardinales im primo quem habituri fuerint generali conventu pro novi Pontificis electione iure iurando spondeant sese omne studium et omnem diligentiam collatuos ut Pontifica Sedes Romanam restituatur, vix dum obices et impedimenta amota fuerint, quam illa transferre coegerint.

Etsi autem in bonam spem erigamur fore, ut Successor Noster melioribus fruatur temporibus et in sprema hac Petri Cathedra diu sedeat, tamen ut contrario etiam provideamus eventui, motu item proprio ac de Apostolicae potestatis plenitudine omnia quae in hisce litteris sancita et constituta sunt pro comitiis prima post mortem Nostram vice futuris, extendimus, ac pari modo decernimus pro altera electione post Successoris Nostri obitum perficienda, si nimirum, nula de his nova lege edita, Successor Noster decesserit.

Si quae vero dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, vel etiam utrum, aut qua ratione ad usum et praxim eadem deduci debeat, sive super quocumque alio Nostrae huius Constitutionis capite, edicimus et decernimus unice penes Sacrum Cardinalium Collegium potestatem esse super his ferre sententiam; quam in rem ipsis Cardinalibus plenam tribuimus facultatem, qua hanc Nostram Constitutionem interpretari ac dubia declarare valeant. Qua quidem in re, quemadmodum in reliquis, de quibus ad Nostrae huius Constitutionis tramites, excepto ipso electionis actu, deliberare contingat, satis omnino erit, si maior congregatorum Cardinalium pars, ut supra declaratum est, in eamdem sententiam consentiat. Mandamus autem ut hae Apostolicae Litterae voluntatis Nostra testes quamprimum post mortem nostram, et, si per adiuncta liceat, ipso etiam obitus nostri die, in prima generali praesentium Cardinalium Congregatione e vestigio et extra ordinem indicenda, per integrum recitentur. Id autem impedimento minime erit quominus antea, si per tempus licuerit, nec aliae intercedant difficultates, earumdem lectio peragatur in Congregatione Capitum Ordinum, quum haec locum habebit.

Nos interim Deo et Patri per Unigenitum Filium eius Iesum Christum redemptorem hominimum animam nostram commendantes, ut ex huius vitae aerumnis ereptam in caelestem patriam suscipiat, Venerabiles Fratres Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales quibus, Nobis corpore solutis, superstes, per viscera misericordiae Iesu Christi obsecramus et obtestamur, ut mutua animorum concordia et voluntatum conspiratione in hoc omnia sua studia omnia consilia conferam, ne Petri Navis tot tantisque iactata fluctibus gubernatorc diu careat. Cogitent animoque perpendant, vacante Apostolica Sede, tunc maxime nutare Ecclesiae statum; nam si gregi pastoris cura defuerit, facie laqueos insidiatoris occurrit (2). Cogitent Ecclcsiae hostibus vix quidpiam optabilius et opportunius accidere posse, quam Romani Pontificis electionem in longius distrahi, aut etiam perturbarem. Nam si Papa Urbis vocatur im dubium Episcopatus iam videbitur, non Episcopus vacillare (3). Iterum vero obsecramus et obtestamur Fratres Nostros Cardinales, ut nulla propensione animi vel aversione coomnoti, nullius, inclinati gratia aut obsequio, non intercessione in saeculo potentium moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes in eum sua vota conferant quem animi praestantia et religionis zelo eminere prospexerint, quiique mysticae Navis fortiter saepe interquer clavum regere et ingruentium hostium impetus frangere sit potens; alioqui sciant districtissimo Dei iudicio poenas laturos, si sua culpa et negligentia in tantorum discrimine et celeri et optima novi Pontificis electione afflito Ecclessiae statui consulere neglexerint. Electum vero haeredem et Successorem nostrum, cui toto cordis affectu precamur a Domino, ut locum nostrum felicius occupet, rogamus ne muneras arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, at potius divinae voluntatis consilio humiliter se subiiciat, nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponet, ne ei ferendo sit inpar; is enim qui oneris est auctor, Ipse est administrationis adiutor et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem (4).

Haec igitur periculis nostrorum temporum totaque rei causa graviter considerata, ac etiam Decessorum Pii VI, Pii VII, Gregorii XVI et Pii IX exemplis permoti statuimus, praescribimus, indulgemus decernentes praesentes Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, seu habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad eavocati sive auditи fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque

plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac iis, ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, si secus super his, a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, de iure quaesito non tollendo aliisque tam per Alexandrum III, Gregorium X, Clementem V, Pium IV, Gregorium XV, Clementem XII, alisque Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, quam etiam per Nos de Romani Pontificis electione edidit Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, quarum tenores praesentibus, tamquam plene et sufficientur ac de verbo ad verbum insertos habentes, iisdem omnibus et singulis ad praemissorum dumtaxat effectum, illis quoad reliqua in iis contenta in suo valore permansuris, latissime et plenissime derogamus, ceterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis contrariis quibuscumque. Volumus insuper ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis personae in ecclesiastica dignitate constitutae eadem prorsus fides habeatur quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae permissionis, dispensationis, facultatis, ordinationis, decreti, mandati, voluntatis, derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae MDCCCLXXXII die XXIV Maii Pontificatus Nostri Anno quinto.

LEO PP. XIII

INSTRUCTIO

A Sacro Cardinalium Collegio observanda vacante Sede Apostolica donec extraordinaria conditio perduret in qua nunc ipsa versatur.

1. - Vacante Apostolica Sede, Sacrum Cardinalium Collegium eodem modo se gerat quo se exhibuit eo ipso die cum Roma occupata est. Quapropter a) Cardinales sive singillatim, sive collective ab omni communicatione cum quavis civili auctoritate abstineant: b) privato more se vestiant et incedant, veluti huc usque ab iis servatum est: c) sacra munera, quae eorum dignitatis sunt, haud publice obeant.

2. - Sacri Palatii Apostolici Praefectus Cardinalem S. R. E. Camerarium opportune moneat ut ipse se ad Vaticanas Aedes conferat.

3. - Cardinalis Camerarius, statim ac ab eodem Sacri Palatii Apostolici Praefecto nuncium de Pontificis obitu acceperit, eo pergit ut summi imperii actu ipsius Palatii possessionem capiat, illudque nunquam derelinquit, ibique omnes officii sui partes expletat.

4. - Cum Cardinalis Camerarius unica auctoritas sit quae legitime obitum Pontificis cognoscere possit, de obitu ipso authenticam attestationem exarabit.

5. - Sigilla aedibus privatis defuncti Pontificis unice a Cardinali Camerario apponentur, idque ad servanda iura turn Sanctae Sedis, quum cuiuslibet privati hominis. Quaevis huius praecepti violatio haberi debet tamquam vis contra S. Collegii libertatem et summam Sanctae Romanae Ecclesiae potestatem illata.

6. Idem Cardinalis Camera flus mortem Pontificis Cardinali Vicario significabit, ut hic de re Populum Romanum edoceat publico edictis, quo ipsem Cardinalis Vicarius enunciabit rem sibi a legitima auctoritate fuisse communicatam, scilicet a Cardinali S. R. E. Camerario, et iusta funebris in Basilica Vaticana esse persolvenda a Capitulo S. Petri.

7. - Pariter opportune Sacri Palatii Apostolici Praefectus moneat Sacri Collegii Cardinalem Decanum, qui collegas ad Vaticanas Aedes advocet.

8. - Cardinalis Decanus in hoc advocationis nuncio, quod ex Aedibus Vaticanis expresse dabitur, Sacro Collegio significabit ut accedant iuxts praescripta articuli primi harum regularum.

9. - Statim ac Saneta Sedes vacaverit, illico Apostolici Palatii portae claudantur. Nemo ingredi poterit nisi ex venia, Cardinalis Camerarii. Verum novendialibus peractis, exterior accessus ad Musse et Bibliothecam iterum patest, ut omnes es loca, visitare possixrt, veluti huc usque factum est: claudatum tamen si S. Sedis hostes hac concessione uti velint tamquam praetextu quo sibi aperiant aditum in alias Aedium Vaticanarum partes.

10. - Si quis ad Vaticanorum Aedium portas amatus ipse aut cum manu hominum armis instructorum accedat eo consilio ut S. Palatium invadat, portae non aperiantur, sed potius sinatur ut ab invasore evertantur.

11. - Si contigerit ut aliquis a Gubernio aut a Municipio missus ad S. Palatium accedat, satelies, qui tunc in statione erit, petet ab eo quisnam sit et qua de cause venerit; responsio antea accepts ad Cardinalem Camerarium deferetur, qui pro temporis adjunctis rem aget.

12. - Si aliqua, auctoritas vel politica vel civilis expetiverit loqui cum Cardinali Decano aut Cardinali Camerario, is petenti satisfaciet. Verum in loco iam antea ad rem expresse constituto personam illam excipiet; locus tamen distinctus erit a ceteris Cardinalium habitationibus, neque ulla Apostolici Palatii in parte situs, ubi excipere solet ceteros omnes, quibus quolibet titulo ius competit ut ad eius praesentiam admittantur. Ad praedictum locum exteriori Musaeorum via accedetur. At Camerarius aut quisvis alias eum excipere recusabit, qui forte declarasset se eo consilio velle in Apostolicum Palatium ingredi ut summae potestatis et imperii actus ederet, aut Vaticanarum Aedium qua,vis parte potiretur a ut quolibet modo Sanctae Sedis iura violaret.

13. - Si forte contingat ut italicum Gubernium opera et auxilium suum Sacro Collegio offerat, distinguendum est an haec auxiliu oblatio scriptis vel potius ore fiat, scilicet accessione cuiusdam legati ab eodem Gubernio missi, ad Cardinalem Decanum aut ad Cardinalem Camerarium.

In priori casu, Cardinalis Decanus nihil respondebit praedictae communicationi, sed diplomaticum Coetum Legatorum, qui apud Apostolicam Sedem sunt, litteris opportune datis exorabit ut Gubernio Romam nunc occupanti nuncient a) Sacrum Collegium, iuramentorum, quibus adstrictum est, memor nullam mutationem inducere posse illi rerum conditioni, quam defunctus Pontifex reliquit atque ipsum S. Collegium integrum Successori eius transmittere debet. b) Itaque nullam communicationem Sacrum Collegium cum Gubernio habere posse, quocum defunctus Pontifex minime communicabat. c) Ceterum in iis, quae spectant interiorem S. Palatii partem, nullum auxiliuum opus esse: in iis vero, quae ad tranquillitatem exteriorem pertinent, quoniam S. Collegium Urbem non regit, nihil respondere posse.

In altero casu autem, si quis ab italicico Gubernio missus peteret loquitur cum Cardinali Camerario aut cum Cardinali Decano, hic eodem modo excipiet eum ac supra ostensum est ad articulum 12 stque oblata, occasione utetur ut essdem declarationes et protestationes edat, de quibus supra in priori casu dictum est, ubi dirigendae essent protestationis litterae ad Coetum Diplomaticum.

In quolibet casu vero nulli alteri e S. Collegii Membris has visitationes et communicationes licebit excipere nomine eorum qui nunc gubernant, sed eas deferet

ad Cardinales Ordinis Capits aut ad Cardinalem Camerarium: idque eo consilio fiat ut in illis difficultibus rerum adiunctis integra serverut unitas auctoritatis, actionis et directionis.

14. - Si foris violentiae actus fiant ea mente ut perturbationes excitentur atque hinc praetextus sumantur in S. Palatium penetrandi, S. Collegium necessarias cautions adhibebit, ac de re Diplomaticum Coetum certiore faciet, ut tranquillitas componatur et Cardinalibus restituatur libertas.

15. - Si quis conetur Bibliotheca potiri, Musaeis, Archivis ut qualibet alia. S. Palatii parte, claudantur portae, sinatur ut evertantur ac, debita protestatione a Cardinali Camerario emissa, solemnibus litteris de re Diplomaticus Coetus certior fiat.

16. - Debitae protestationes pariter edantur si quis conetur armis exuere S. Palatii excubias, atque earum loco italicos milites ponere.

17. - Omnes Congregationes turn particulares Capitum Ordinis, cum generales totius S. Collegii, haberi debebunt in Palatio Vaticano.

18. - Cardinales in coetum collecti ut primam Congregationem habeant, opportune consulant Conclavi celebrando.

19. - S.. Collegium, attentis locis quae in promptu fuerint, expensisque adhibitis quo minori mensura possibile exit, de Conclavistarum admissione deliberabit, ac simul de numero Caeremoniarum magistrorum, famuloram aliorumque qui ad Conclave admitti solent.

20. - Quum constituta iuramenta S. Collegium praestitum erit, tunc ipsum omnes protestationes iterabit a defuncto Pontifice pro iuribus, legibus et bonis S. Sedis et Ecclesiae tuendis editas, quin tamen omittat de re Diplomaticum Coetum certiore facere.

21. - Pontificis mors tum Pontificiis Legatis, quum Cardinalibus, qui Romae non adfuerint quando ipse Pontifex obiit, subito nunciabitur telegrammate, quo, post significatam mortem, adiicientur haec verba: reliquae per epistolas. Prima Congregatione habita idem nuncium iterum dabitur per commendatas litteras, sigillisque munitas, ut iisdem locus et tempus significantur, quibus Conclave habebitur.

22. - In prima congregazione, quam Ordinis Capita cum Cardinali Camerario habebunt, omnes communicationes ex more ad Gubernia mittentur, idest mittentur ad omnia Gubernia, etiam ad ea quibuscum S. Sedes diplomaticas communicationes forte non habeat, etsi hae communicationes vel nunquam intercesserint vel interruptae fuissent, dummodo haec Gubernia recognita iam sint a Summo Pontifice defuncto. Hac via et ratione impedietur quominus nuncium ab Apostolica Sede iis omnibus Principibus detur, quos ipsa nunc haud rite cognoscit.

23. - Cum nihil a S. Collegio (veluti supra ad articulum primum harum Instructionum constitutum fuit) vacante Apostolica Sede innovandum sit in ea rerum conditione, quam Pontifex moriens reliquit, nullo modo eorum Statuum legatos ei excipere fas erit, qui diplomaticas relationes cum Apostolica Sede disruprint, etsi hi Status excipi ultro petant.

24. - Defuncti Pontificis corpus pontificalibus vestibus, quo citius fieri potest, induatur, ac privatim scala interiori ad S. Petri Basilicam deferatur in sanctissimi Sacramenti sacellum. Ibi, absolutione data, exponetur, quatuor e Pontifica Militum Nobilium cohorte cadaver custodientibus, cancelloque clauso.

25. - S. Collegium, nisi aliter pontificiis singularibus placitis circa sepulcri locum et sepeliendi morem fuerit constitutum, rem aget iuxta oportunas normas et consuetudines, quae semper in rigore fuerunt, quantum temporum conditiones permittant. Tumulatio praesentibus Cardinalibus fiet, clausis ianuis.

26. - Praeter exsequias, quae publice in Basilica S. Petri peragentur, alias privatim Cardinales persolvent in Syxtino Sacello, Praelatorum conventu eorumque qui iure ad Sacella pontificia et Cardinalicia invitandi sunt.
27. - Acta, vacante Apostolica Sede, exaranda unus Clericus Camerae (qui tunc etiam Protonotarii Apostolici munere fungetur) et Notarius Camerae Apostolicae simul scriptis consignent.
28. - Cardinalis Camerarii erit eas onmes innovationes inducere, quae pro re nata necessariae fuerint, ut congruenter apteque nonnullas administrationis partes custodire ac tueri possit, quae iam singulis Camerae Praelatis concredi solent.
29. - Pariter Cardinali Camerario curae erit ut victus Cardinalibus provideatur et ministretur in ipsis Vaticanis aedibus.
- Idem Cardinalis invigilabit ne in hac et omni alia occasione, quae communicationes cum personis ad Conclave non pertinentibus specter, ullo unquam modo sanctiones rigidissimae frangantur quae constitutae fuerunt ne quis a Conclavi cum externis communicet.
30. - Quod si in prima Congregatione Generali S. Collegium constituerit Conclave extra Italiam celebrate, id Cardinalibus, qui in Curia non adsint, subito nuncietur.
31. - In eodem nuncio certus locus, et tempus, quo simul convenient, significetur.
32. - Pariter Cardinales Ordinis Capita rem Diplomatico Coetui nuncient, eumque invitent ut sequatur S. Collegium in locum pergens, quem ipsum S. Collegium elegerit: quo cum pervenerit, eas rationes et consilia in agendo adhibebit, quas magis idoneas utilioresque reputaverit.

Commissum Nobis (1904)

papež Pius X.

Commisum Nobis, Deo sic disponente, universae Ecclesiae regendae munus serio admonet ut pro viribus caveamus ne ex alienae potestatis incursu ea libertas quidquam detrimenti capiat, qua Christus in commune bonum ipsam donavit, quamque tot evangelii praecones, tot sanctissimi antistites, tot illustres Decessores Nostri verbo. scriptis, effusio etiam sanguine propugnarunt. Quorum exemplis et auctoritate permoti, ubi primum hanc Petri Cathedram, licet impares, ascendimus, Apostolici officii Nostri esse duximus in id maxime incumbere, ut vita Ecclesiae libere omnino explicetur, omni externo interventu remoto, prout ipsam evolvi divinus Institutior voluit, atque excelsa eius missio omnino requirit.

Iam, si qua est in Ecclesiae vita functio quae huiusmodi libertatem postulet maxime, illa profecto censenda talis, quae in Romani Pontificis electione versatur; siquidem salus, non unius membra, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur.

Huic plenae libertati in Summo Pastore eligendo opponitur in primis civile illud Veto, a supremis nonnullarum civitatum rectoribus haud semel prolatum, quo tentatur aditum ad Supremum Pontificatum alicui praeludere. Id si aliquoties accidit, Apostolicae tamen Sedi probatum est nunquam. Quin etiam Romani Pontifices, in iis quae de habendo Conclavi constituerunt, nihil paene maiore contentione studiove conati sunt, quam ut externae cuiusvis potestatis interventum a Sacro Cardinalium Senatu ad Pontificem eligendum vocato propulsarent. Rem plane declarant Constitutiones In eligendis PII IV; - Aeterni Patris Gregorii XV; - Apostolatus Officium Clementis XII; in primisque PII IX, In hac sublimi - Licet per Apostolicas et Consulturi.

Verum, quandoquidem et experientis docuerit, hactenus constituta ad impediendum civile Veto, seu Exclusivam non its votis respondisse, et ob mutata temporum adiunctas huiusmodi civilis potestatis immixtio nostra aetate multo videatur magis omni rationis et aequitatis fundamento destituta, idcirco Nos, pro Apostolico Nobis commisso munere, et Praedecessorum Nostrorum vestigiis inherentes, re mature deliberata, certa scientia et proprio motu, civile Veto, sive Exclusivam, quam dicunt, etiam sub forma simplicis desiderii, itemque omnes interventus, intercessiones quaslibet omnino reprobamus edicentes licere nemini, ne supremis quidem civitatum moderatoribus, quovis praetextu se interponere aut ingerere in gravi negotio electionis Romani Pontificis.

Quamobrem in virtute sanctae obedientiae, sub interminatione divini iudicii et poena excommunicationis latae sententiae speciali modo reservatae futuro Pontifici, onmnes et singulos S. R. E. Cardinales, tam praesentes quam futuros, pariterque Secretarium S. Collegii Cardinalium aliosque onmes in Conclavi partem habentes, prohibemus, ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipient Veto sive Exclusivam, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, ipsumve hoc Veto, qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directo ac proxime, sive oblique ac per alios. Quam prohibitionem extendi volumus ad memoratos omnes interventus, intercessiones aliosque modos quoslibet, quibus laicæ potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.

Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur, ut in eligendo Pontifice, Principum saecularium intercessionibus

ceterisque mundanis respectibus minime attentis, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum pre oculis habentes, in eum sua vota conferant quem universalis Ecclesiae fructuose utiliterque gubernandae pre ceteris idoneum in Domino iudicaverint. Volumus etiam Nostras has Litteras una cum aliis id genus Constitutionibus legi coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis haberi solita; rursus post ingressum in Conclave; item cum quis ad purpureae honorem fuerit electus, interposito sacramento de religiose retinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali specialissima mentione dignis, minime obstantibus.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae inhibitionis, mandati, declarationis, innovationis, voluntatis, admonitionis, hortationis, praecepti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum eius se non verit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo quarto, die xx Ianuarii, Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X

Vacante Apostolica Sede (1904)

papež Pius X.

CAPUT II.

De Cardinalium Congregationibus.

6. Tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio, altera generalis, sive totius Collegii, altera particularis, constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno ex quoque Ordine, cum Camerario, quorum officium tertia die post Conclavis ingressum omnino exspirat, in eorumque locum tres alii sequentes in Ordine quolibet tertio die una cum eodem Camerario succedunt (7).

7. Volumus ut in dictis Congregationibus particularibus, quae sive ante, sive post coeptum Conclave haberi poterunt, levioris dumtaxat momenti, ac in dies seu passim occurrentia negotia expediantur. Si quid vero gravioris momenti atque indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu ad S. Collegium Cardinalium deferatur. Ac ulterius, quae in una Congregatione particulari decreta, resoluta, vel denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi ius habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum (8).

8. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus gravioris momenti agatur, non ore, sed suffragiis secretis dentur.

9. Inter generales Congregationes singulari mentione dignae sunt quae ante ingressum in Conclave habentur, eaedemque Congregationes praeparatoriae appellari possunt.

10. Congregationes generales praeparatoriae quotidie omnino locum habere debent a die obitus Pontificis usque ad diem quo Conclave Cardinales ingrediuntur, etiam diebus, quibus exequiae defuncti Pontificis persolvuntur, idque eo consilio fiat ut liberum sit tum Cardinali Camerario sententiam S. Collegii exquirere atque cum ipso quae necessaria vel opportuna iudicaverit, communicare, tum singulis Cardinalibus sententiam suam circa occurrentia negotia aperire, in rebus dubiis explicationes sciscitari, et opportuna proponere.

11. In memoratis Congregationibus generalibus haec praecipue negotia expedienda sunt (9):

a) In primis Congregationibus integre legendae erunt tum praesens haec, quum superius memoratae Constitutiones Commissum Nobis de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis, a Nobis edita, et Leonis XIII Praedecessores Nostri cum adiecta Instructione: iisdemque perlectis, iuriurandum ab omnibus Cardinalibus praesentibus iuxta praescriptam formulam [1] praestandum. Quod iuriurandum pariter emittere tenentur omnes alii Cardinales, qui serius ad locum electionis pervenerint, sive nondum sive iam incepitis Comitiis.

b) Cardinales quam cito ea omnia decernere ac disponere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt.

c) Constituendus est dies, hora ac modus, quo corpus defuncti Pontificis transferatur.

d) Item Cardinales omnia opportune paranda curabunt, ut diebus statutis Pontificiae exequiae solvantur.

e) Deputentur duo viri ecclesiastici, qui orationes De Pontifice defuncto et De eligendo Pontifice recitare debeant.

f) Constituatur dies, quo, si ab ipsis petatur, tum Legatis civilium Regiminum tum Equitibus Ordinis Hierosolymitani S. Collegium conveniendi aditus detur. Praedicti

autem Legati nonnisi simul congregati admittantur, neque singulis facultas in posterum concedatur S. Collegium adeundi.

[1] Formula iurisiurandi ab Emisiis ac Rmis S. R. E. Cardinalibus praestandi:
«Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolabiliter et ad unguem omnes et singulos Nos esse observaturos contenta omnia in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione, quae incipit < Vacante Sede Apostolica >, data die vigesima quininta Decembris anno millesiano nongentestimo quarto; necnon in Constitutionibus < Commissum

Nobis > de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis, ab eodem Pio Decimo data die vigesima Ianuarii eiusdem anni millesimi nongentesimi quarti, ac Leonis XIII Praedecessores Nostri cum, adiecta Instructione, data die vigesima quarta Maii anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo. Item promittimus, vovemus, et iuramus, quod quolibet ex Nobis in Romanum Pontificem Deo sic disponente, erit assumptus, iura etiam temporalia, praesertim de civili Romani Pontificis principatu, libertatemque Sanctae Sedis integro ac strenue 2/16 adserere et viriditate nuquam desistet, atque eandem, hanc permissionem et iusiurandum, post eius ad Summi Pontificatus fastigium atssumptionem, rursus praestabit. Praecipue autem promittimus et iuramus, sub poenis in praedicta Pii Decimi Constitutione Vacante Sede Apostolica statutis. Nos accuratissime et quoad omnes, etiam famliares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et in iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, nequo secretum praefatum quoquomodo violaturos, sive ipso Conclavi durante, sive etiam posit novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut expressa dispensatio ab eodem futuro Pontifice

Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi Veto sive Exclusivam, etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturos, ipsumve hoc Veto, qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directo ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, aliive culibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestituros».

Hanc formulam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubeat a Praefecto Caeremoniarum elata voce legi.

Deinde singuli Cardinales dicent:

«Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro».


Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

«Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia». -----

-
-
-
- g) Nominentur singulares duorum vel trium Cardinalium coetus, vulgo Commissiones: f) pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione (10), itemque pro eorum designatione, qui Conclavi inservire debeant; g) pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione (11).
h) Proponantur atque approbentur expensae Conclavis.

- i) Epistolae Imperatorum, Regum aliorumque civitatum Moderatorum, item Nuntiorum relationes, omniaque alia quae S. Collegii interesse possint, cum ipso communicentur.
- k) Perlegantur, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta.
- l) Prangantur Annulus Piscatoris et Plumbum Cancellariae Apostolicae. Pro-Datarius autem vel Sub-Datarius, et Secretarius Brevium vel eius Substitutus supplicationes gratiarum, quae penes ipsos sunt, sub sigillo clausas Sacro Collegio tradant.
- m) Cellae Conclavis Cardinalibus sorte distribuantur (12).

Příloha č. 10



Mikuláš II.



Alexandr III.

Příloha č. 11



Biskupský palác ve Viterbu, místo nejdelšího konkláve (Řehoř X.)



Řehoř X.

Příloha č. 12



Volba kardinála Maffea Barberiniho (Urban VIII.) papežem roku 1623

Na malbě jsou vidět tři skrutátoři (z každého kardinálského řádu), zlatý hlasovací kalich a především hlasovací lístky, neboť se jedná o první konkláve, u něhož zákony vyžadovaly písemné a tajné hlasování.

Příloha č. 13



Papež Lev XIII. (1810-1903)
Gioacchino Vincenzo Raffaele Luigi Pecci

Příloha č. 14



Papež Pius X. (1835-1914)
Giuseppe Melchiorre Sarto

Příloha č. 15



Kardinál Jan Maurycy Paweł Puzyna, de Kosielsko (1842-1911)

Příloha č. 16



Kardinál Mariano Rampolla del Tindaro (1843-1913)

Resumé

The Right of Exclusion in the Papal Election

Papal elections are among the most monitored moments in the history of the Catholic Church. The position of the Roman bishop, with its increasing prestige, authority and legal jurisdiction within the Christian world, was exceptional in many respects. Due to universalist demands, the successor of Peter the Apostle exceeded the local level of the Italian Church administration and significantly influenced the life of national Churches. This is why secular power holders tried to intervene in processes leading to the election of new Popes. The topic of this dissertation thesis focuses on one aspect of state interventions in papal elections, which is generally called “the right of exclusion” - *Jus Exclusivae*. I have attempted to render the issue in its entire scope – from the beginnings of the veto right application, through its gradual development and peak, to the final stage at the beginning of the 20th century.

The term „right of exclusion“ is understood as a claim of representatives of three Catholic nations, Austria, France and Spain, to refuse a candidate unfavourable to them through an authorized cardinal actively participating in the election. This right can be applied even before the final election, typically in the moment immediately preceding the gain of 2/3 of all votes for the candidate. Each nation could apply their veto only once within one election and only with respect to the candidate's unsuitable political views. The essence of such a significant privilege, largely respected by the Church, arose from the regard for maintaining good relations between the Church and the state. It was these three Catholic monarchies that were entrusted with external protection of the Roman Church in the period of decline of real imperial power in the 16th century.

The *Jus Exclusivae* institute can be viewed from different perspectives. In my thesis, I mostly considered historical-developmental and legal and analytical approaches, through which I tried to place the right of exclusion within a broader framework of similar processes. When processing the topic, I therefore proceeded in separate, logically following steps. First, I tried to locate *Jus Exclusivae* within the whole of papal determination, as a reaction to the changing picture of European society at the end of the Middle Ages and beginning of the modern period. Rulers'

absolutism is an essential condition in this respect. Furthermore, I tried to point out the final enforcement of *Jus Exclusivae* in the 18th century and the Catholic Church's reaction to its application in the 19th century. The papal conclave of 1903 retained considerable importance, when the veto right was applied for the last time, and the subsequent legislative process that removed the exclusion right.

The second part of my thesis considers the legitimacy of the veto right and legal framework of the discussed topic. I was interested in the admissibility of the *Jus Exclusivae* application from the 16th to 20th century, and reasoning for such a procedure. Placing the exclusion right with respect to Canon Law norms was of equal importance. Different theories and approaches are outlined and their admissibility analyzed. In the conclusion of my thesis, I included an overall review of the issue and its historical and legal qualification.